

lium tulit adgregata bonorum multitudine L. hic Domitius, ad quem loquitur et quem vult in praesentia rerum exempla illius pristini vigoris imitari.

- § 23. Quam ob rem, iudices, ut aliquando ad causam crimenque veniamus, si neque omnis confessio 5 facti est inusitata.

Hoc et rei ... quam brevissime, quae supra in illarum quaestionum refutatione disseruit transitum sibi ad narrationem parans, cui hic locus oportunior dabitur.

- § 24. P. Clodius cum statuisset omni scelere in prae- 10 tura vexare rem p.

Vigilantissime praeparationibus instructa narratio est, cuius quidem secundum morem sibi familiarissimum a persona sumit exordium, quae disciplina habilior ad docilitatem id est πρὸς ... videtur. Consideremus itaque ad con- 15 iecturam duplicem sic praemunitam διήγησιν, ut et personam P. Clodi ad locandas inimico insidias idoneam faciat et causas faciendi validissime instruat et alia semina futurorum quaestionum ad defensionem Milonis pertinentium ἐκ τοῦ ... praemunit solertissime, utque ita moderatus nec 20 ullo emolumento provocatus <non> existimetur illud facinus cogitasse. Haec explorato per totum cursum narrationis istius et multo altius adiecta cogitatione invenies ita narrari, ut et hanc relationem, cui duplex coniectura sub ...

(Desunt VI paginae.)

25

- § 28. ... genter ... Simul et ad innocentiam Milonis et ad cogitationem sceleratam P. Clodii ferenda praestructio